





b Prasertim vero exprimas. Adde Dec. congruè loquentem in l. bona fides, nu. 7. cum seqq. ff. de regul. iur. Menoch. de arbit. iud. libr. 2. centuria 3. calu 303. cum sequent. Fel. qui refert Barbat. hic, in cap. postulati, coll. 4. extr. de rescript. & in cap. pastoralis, §. cum autem ad fin. de officio de leg. Drogh.

Prasertim vero.) Adde, vt per Boss. tit. de remedi. ex sola clementin. princ. num. 35. vbi etiam non valet secunda gratia secundi homicidij tacita prima, adeo vt is potest impunè occidi, per Alex. consil. 114. libro primo, & Bos. vbi supra, num. 37 & multa alia de gratia notatu digna, vide per discursum per Boss. cod. tit. Giach.

Prasertim vero.) Farin. d. q. 6. num. 46. & seq. Ros.

c Et quia plerumque.) Adde quod si iudex non potest impetrata indulgentia à Principe dicere reo, fatearis prius delictum, alias nolo, vt indulgentia Principis vti possis, Afflic. in capit. 1. §. naturales in 4. notabil. si de feud. fuer. cont. int. dom. & agnat. sed si ex 92 processu appareret, homicidium potius animo deliberato factum fuisse, quam aliter, non tamen clarè constat, & impetrans narrasset, se non animo deliberato illud fecisse, possit torqueri ad veritatem inueniendam sine ipsius iniuria, nisi per alias probationes vellet ostendere, quæ narrasset, vera esse, Boss. in titulo de remed. ex sola clementin. Princ. numero quadragesimo secundo Baiard.

Successiue quero.) Farinac. d. q. 6. num. 57. & 61. Ros.

Successiue quero num. quid.) Adde, quod huiusmodi decreta, siue indultus comprehendunt delicta, quæ tempore concessionis nondum erant detecta, secundum Gratian. in consilio 137. volumin. 1. & consil. 144. volumin. 2. & ideo secundum eum, si aliquis bannitus pro aliquibus certis deli-

Prasertim vero exprimas si aliàs habuisti gratiam de aliquo delicto: nam vt dicit Barbat. in c. super his, col. 34. de rescrip. quem refert Gul. de Bened. in 2. par. repet. c. Raynutius, fol. 88. n. 112. quidam, qui impetrauerat gratiam de secundo homicidio, & non fecerat mentionem de primo, fuit Bononia decapitatus. Idem etiam refert Anan. in c. & dicit, quod ille appellatur Formicarius refert etiam Ias. in l. nec damnosa, num. 3. c. de precib. Imp. offer. & Practic. Iodoci, c. 147. nu. 12. & Practic. Carrer. fol. 502. num. 375. & Villalp. in repet. l. 22. c. 8. nu. 3. Et recordor, quod quidam Bartholom. Claudius insignis scicarius, qui obtinuerat literas impunitatis à Principe, neque expresserat, quod tempore impetrationis erat in carceribus detentus, fuit laqueo suspensus, 6. Maij 1558. P. N.

Et quia plerumque contingit dubitari, an in aliquibus casibus requiratur, quod gratia sint per Senatum approbata, scias quod regulariter omnes gratia debent à Senatu impetrari: aliàs nihil valent, ita expressè disponentibus constitutionibus huius domini: quod etiam in Fladria seruari attestatur pract. Iod. c. 147. n. 13. Et aduerte, quia non modo gratia, quas Princeps facit absolue remittendo delictum, sed etiam illa, quas facit commutando penam debent à Senatu impetrari, prout saepe fuit decisum, & obseruatum: & in specie in illa, quæ facta fuit Io. Hieronymo Ceruto 4. Iulij 1547. P. N. in qua pena furcarum commutabatur in pena trinum perpetuarum: in istis enim, prout in alijs, requiritur partis remissio, ex quo Commutatio, vel diminutio pena est gratia: licet Senatus quædamque contrarium obseruauerit in commutatione pena ultimi supplicij ad trirèmes perpetuas facta cuidam Iacobo Marlata, quæ approbata fuit absque partis remissione, et dictum, quod in com-

mutatione, quæ fit ad trirèmes perpetuas, forte nõ requiratur partis remissio, prasertim attentata illius temporis qualitate, 26. Mar. 1551. P. N. Quod nota, quia dum ego secerem in Senatu, nunquam vidi approbari aliquam commutationem pena, nisi præuia partis remissione. Sunt tamen aliqui casus, in quibus non requiritur approbatio Senatus, prout est quædam Princeps concedit gratia exilij arbitrarij. Et ita declarauit Senatus in causa cuiusdam Georg. Scriuani 24. Maij 1546. P. N. Item quædam conceditur gratia à ppe na extraordinarie imposita per edita ipsiusmet Principis. Et ita iussit Senat. per secretarium P. N. rescribi pretori Cremona 26. Feb. 1559. Pariter etiam rescripsit Senat. eid. Prætori 8. Ian. 1546. super gratia concessa Francisco Maria Regio, vñ, de quo sepius miratus sum, quod seilicet, quando non est facta gratia pro delicto capitali, nõ requiritur Senat. approbatio: quod idem expressè dixit Senatus in litteris concessis in causa Scriuani, de quib. supra facta est mentio. Ego tamen toto temp. quo in Senat. sedi, semper vidi oēs gratias pro delictis nõ capitalibus concessas, in Sen. interinari, & ita puto seruandū esse.

Successiue quero, nunquid statuta, seu decreta concessentia liberationem, seu indulgentiam delictorum, vel dispositionem, quod banniti cæcellentur de banno, trahantur ad banna, vel delicta futura, scilicet committenda post publicationem ipsius decreti. Respond. quod non: & ita communiter tenetur, vt dicit Imol. in cap. si. n. 11. de constit. Et hoc ne detur occasio delinquendi.

Fortius dico, quod si aliquis commiserit aliquod delictum ante publicationem ipsius decreti, & sub spe tamen decreti, nullo modo est ei indulgendum, & in hoc proposito refert Guliel. de Bened. in 2. parte repetit. in c. Raynutius, fol. 88. n. 115. & in 3. part. fol. 49. n. 38. quod vidit Tholosa quendam decapitari, qui sub spe, & confidentia habendi gratiam à Rege, aliu occiderat, & de hoc ante delictum se iactauerat, dicens, quod pro decem aureis deinde gratia obtinisset. Cum autem in supplicatione hoc non expressisset, fuit indicatum gratia per eum obtenta fuisse subreptitiam, & fuit decapitatus.

Etis ceperit, vel occiderit aliquem bannitum, & propterea de suis delictis indultus fuerit, & deum compertum fuerit, aliud delictum commisisse, de quo non fuerat adhuc inquisitus, non poterit pro tali delicto per Curiam molestari, & ad hanc questionem, an huiusmodi decreta comprehendant delinquentes futuros, vide quæ posui supra ad §. homicidium, versic. plerumque etiam ibi, item adde, an motu proprio.

Item adde, quod decreta gratiosa nedom nõ comprehendunt delicta futura, sed nec per gratiam Princeps potest remittere delictum futurum, l. si vnus, §. illud, ff. de pact. & Salycet. post Bur. in l. rescripta, C. de precibus Imperat. offer. & Cassan. in consuetudin. Burgund. rubric. 1. §. 5. numer. 130. folio 221. & Rolandus consilio tertio numero 40. volumine secundo.

Item adde, quod indultus, seu restitutio finita guerra, quod omnes rebelles sint restituti in pristinum, comprehendit etiam mortuos, Baldus in consil. 408. quidam ciuis, volumine 1. Sigismund. Lofted. consil. 8. quia illa restitutio retrahitur, & finguntur restituti præambula hora ante mortem guerram, vt ibi per eos. Baiard.

Sub spe tamen decreti.) Farinac. d. q. 6. nu. 57. Ros.

Et in hoc proposito.) Adde Cassan. in consuetudin. Burgund. rubr. 1. §. 5. numer. 130. folio 221. qui refert Gulielm. de Benedic. in loco hic citato idem tenuisse. Baiard.

In

In huiusmodi autem.] Adde, atque vide alios casus, qui non comprehenduntur in generali abolitione, de quibus per Carrer. in pract. crimin. §. homicidium 6. num. 324. vbi etiam notanter ponit differentiam inter abolitionem, & indulgentiam. Nam abolitio non extinguit crimen, sed tantum instantiam iudicij, & ideo transacta latitia infra 30. dies, potest accusator de nouo accusare. Indulgentia verò principis, quam facit ex causa, extinguit crimen, ac extenditur ad præmissa, etiam ad falsi crimen, siue generaliter, siue specialiter indulgeat criminibus, nisi sit concessa ad partis petitionem, nam si in petitione non exprimat alia grauiora, ad ea non extenditur, vt per eundem in d. tractat. abolitionis. Giach.

In huiusmodi autem.) Farin. d. q. 6. n. 54. ubi plura alia delicta reseruat. Ros. In huiusmodi autem generali.) Adde, quod generalis abolitio, quæ fit à Principe, siue indultus, nil aliud est, nisi quedam indulgentia, quæ potest esse generalis, uel particularis, & à solo Principe conceditur, puta ob diem insignem filij nati, & sequæ prosperè gestas, hostesque debellatos, uel ob possessionem Regni, uel Status adeptam, l. abolitio cum sequent. ff. ad Turpill. & latè per Luci. Follet. super pragmatic. 4. de composition. numer. 57. ubi dicit, quod etiam Barones Regni Neapol. faciunt indultum in eorum Statu, attestando ita fecisse D. Ferdinandum Gonzagam, & D. Casarem eius filium in nouo ingressu eorum Statu, sed hoc est intelligendum, dummodo Barones in suis priuilegijs potestatem habeant componendi, & gratiandi, & quod partium remissione præcedant, & tales indultus aliquando solent concedi ob ingentem bannitorum copiam cum aliqua conditione, puta, ut inseruiant Principi in bello, uel in aliquo praesidio ad certum tempus, uel pro pecunia, quod non est laudandum. Et in omnibus ferè Ciuitatibus, & Prouincijs ad sunt statuta, siue bannimenta, quibus bannitis, alios similes bannitos interficiuntur, gratia conceditur, & quando huiusmodi indultus, siue decreta gratiosa conceduntur, ferè semper aliqua delictorum genera excipiuntur, & sapè delinquentes expressè nominantur, ut factum fuit per Serenissimum Regem Philippum, quando eius nomine adepta fuit possessio Regni Neapol. per cessionem, siue refutationem Regnum à Carolo Quinto Romanorum Imperatore, Patre Maestatis suæ factam, qui indultus reperitur in pragmatic. 5. sub titulo de abolitionibus, & de alio indulto eiusdem Maestatis habetur in pragmatic. 1. de edit. Cardmal. de Granuel. qui conceditur delinquentibus, dummodo inseruiant in Regijs trirèmbus, pro tempore ibi expresso, partium remissione obtenta uel obtinenda, & in pragmatic. 2. & 15. cod. titulo. alius indultus generalis per eandem Maestatem elargitus fuit post ortum Serenissimi Ferdinandi filij, nonnullis grauius delictis, & criminibus exceptis, qui comprehendit etiam uassallos Baronum, præter in pennis pecuniarijs, quæ Baronibus applicantur, & dicta pragmatica poterunt seruire pro forma indultum, quæ si sunt simpliciter, multa delicta non comprehendunt, ut infra patebit, & plenè habetur per Carrer. in pract. §. circa numer. 374. cum sequent. Priuatus autem indultus est, quando alicui Princeps, uel alius superior indulget, §. quod Principi, uer. plane, in fiuit. de iur. nat. gent. & ciui. & Carrer. in pract. criminal. §. circa n. 375. f. 136.

Crimen falsi.] Adde Bald. in cap. tuam. numer. 5. extr. de ord. cognit. casus item dotis non comprehenditur sub generali lege, Negul. tractat. de pign. 1. memb. 8. par. sub. n. 22. item sub generali reuocatione non tenet priuilegium concessum ad placitum, Capyc. dec. 116. n. 6. Item lex noua superueniens

Iul. Clat. Sentent. Pract. Crim.

non comprehendit casus pendentes per appellationem text. in authentico, vt cum de appellatione cognoscitur in principio, & de tali crimine falsi supra quæst. 58. vers. Ab hac tamen & quæst. 53. vers. frequentissimè, ibi, de quo ego multoties, & quod falsum non solum in Decreto, sed nec in statuto de

relam, post n. 80. Et hoc propter criminis enormitatem. Faciunt que dixi supra quæstione 58. versicul. Ab hac tamen.

Scias etiam, quod licet de iure communi ista abolitiones non extinguant crimen, sed tantum suspendant processum per 30. dies secundum aliquos, item non prosint illis, quorum crimina sunt liquidata apud nos tamen seruatur totum contrarium: nam liberantur,

Petr. Rebuff. in l. diuus, ff. ad Syllan. Boer. decil. 117. num. 23. quod scilicet remissio generalis extendatur ad omnes falsitates criminosas, quod ad vindictam publicam, & non quod ad interesse partis, pro quo adhuc retineri debet in carceribus, sed de hoc vide D. Farin. in q. 10. n. 7.

Item adde, quod non comprehenditur homicida proditor, Carrer. in pract. crimin. fol. 18. num. 96. & Moder. in cap. quæ in ecclesiastiarum, extra de constit. si autem opinio contraria esset uerior, non procederet, quando in banno, uel in carceribus non essent alij banniti, uel carcerati, nisi pro falsitate, uel quod banniti, uel carcerati essent tres, quorum duo essent condemnati pro falsitate, alius uero pro alio crimine; tunc beneficio remissionis gauderent, Nell. in tract. de banno. 5. part. 2. temp. q. 4. Marfil. in rubr. de fals. n. 13. Cæcialup. in l. omnes populi de iust. & iur. n. 112. & Montic. in pract. crim. reg. 15. n. 109. & 110.

Item adde, quod non comprehenditur delinquens in ciuimel. Maest. Capyc. decil. 150. n. 56. Rimin. consil. 12. n. 7. vol. 1. & Gram. consil. 40. n. 10.

Item adde, quod non comprehenduntur criminosi, qui pluries reiterauerunt delicta, de quibus aliàs fuerant per Principem liberati, Boer. in d. dec. 217. n. 22. & ad quæ gratia generalis extendatur, vide omnino Dominum Farin. in q. 6. n. 51. cum sequent. & in q. 10. numer. 7. & 8. habetur, an comprehendat casus speciales, & crimen falsi; vide etiam Dejan. in tract. crim. tom. 1. libr. 3. cap. 35. vbi de abolitione generalis, & quæ delicta comprehendat, multum diffusè tractat.

Item adde, quod non comprehenduntur delicta in officio commissa, vt per Paris. in tractat. de syndic. in verb. an si potestas, quem sequitur Carrer. in pract. crim. §. circa numer. 376. fol. mibi 136.

Item adde, quod in generali abolitione facta à Principe uel à statuto, non comprehenditur crimen assassinij, ut per Mascard. in pract. criminal. in §. diligenter, & §. examinata.

Item adde, quod huiusmodi generales delictorum abolitiones siue indulgentia intelliguntur quoad penam, non autem quoad rei captæ persecutionem, Angel. in l. si docueris, C. ad leg. Cornel. de fals. quem sequitur Cassan. super consuet. Burgund. rubr. 1. n. 163. fol. 230. & dicit Marant. de ord. iud. part. 6. tit. de inquisit. num. 56. quod si Princeps facit indulgentiam de omnibus delictis præteritis, quod intelligitur. si parte offensa concordata, aliàs non ualere vt plenitudine potestatis, qua uti, non est præsumendum, Grammatic. consil. 34.

Scias enim quod licet.] Adde uidendum Carrer. in pract. crimin. §. homicidium 6. n. 374. ubi ponit differentiam inter abolitionem, & indulgentiam, & dixit, quod quando abolitio generalis fit à Principe, est indulgentia, quæ

Tt 3 extin-